



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||  
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||  
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad  
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni  
magni ad trigesimum ...

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

Quod de seditione anxius, quae ad pacem spectabant consuluerit. Cap.  
LXVI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29861**

EVSEBII DE VITA

*quod de seditione anxius, quæ ad pacem spectabant  
consuluerit. CAP. LXVI.*

**S**ed ò præclarissimam & vere diuinâ prouidentia: qua  
le & quàm lethale vulnus auribus meis, imo vero ipsi  
animo inflictum fuit, cum audiuissem seditione inter  
vos concitaram, multo plus habere acerbitatis, quàm eas  
res quas ibidem ante gestas fuisse cognouimus: adeo ut  
iam vestræ ecclesiæ membra, ex quibus sperabâ aliis me-  
dicinam petendam fore, multo maiore curatione egeât.  
Ac mihi de principio & causa istarum rerû accuratè co-  
gitanti, valde exilis, & neutiquàm tanta cõtentione digna  
uisa est. Quapropter ad hanc epistolam scribendam ne-  
cessitate adductus, non solum ad vestrum vtriusq; pru-  
dentiam scribo, sed etiam diuinâ prouidentiam in hac re  
adiutricem fore obtestor, meq; etiam cõmunem vestræ  
mutuæ dissentionis arbitrum, tanquam pacis moderato-  
rem non sine causa adhibeo: Quandoquidem Deo opti-  
max. mihi opem ferente, quamuis maior esset dissent-  
endi occasio, tamen spero oratione pijs audientium mē-  
tibus adhibita, quemq; ad id quod sit vtilius, facile me  
posse traducere. Quapropter cum causa tam exigua sit,  
illa quidem, quæ totius vestræ reip. commoda impedire  
videatur, quid est quamobrem non expeditiorè & multo  
faciliorem dissidii correctionem spondeat?

*Vnde nata sit quæstio inter Alexandrum & Arium, & quod  
talìa haudquaquam erant disquirenda.*

CAP. LXVII.

**I**Nde igitur præsentis controuersia fundamentum in-  
telligo iactum esse: quòd tu Alexander à præbyteris,  
de loco quodâ in sacris literis scripto, querebas, imò  
vero de inani quadam quæstionis particula sciscitaba-  
ris, quid quisq; illorum sentiret: tuque Arie istud, quod  
neq; initio animo complecti, aut cum fuisses complexus,  
silentio præterisse debebas inconsiderate effutiisti.  
Vnde discordia inter vos concitata, tum conuentus in  
ecclesiâ impeditus: tum populus sanctissimus variè in  
vtramque partem distractus, ex totius corporis ecclesiæ  
compage diuulsus est. Proinde vterq; vestrum vicissim  
veniam alteri tribuens, illud approbet, ad quod non sine  
causa